

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6176

Autre(s) référence(s) : Round 354

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1185, janvier-1188, 31 janvier]

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : confirmation générale

Langue du texte : latin

Analyse

Henri [II], roi d'Angleterre, duc de Normandie et d'Aquitaine, comte d'Anjou, fait savoir qu'il a confirmé en faveur de l'abbaye de Préaux toutes les donations à elle faites et les biens que les moines possèdent et tiennent en perpétuelle aumône, libres de toute coutume : d'Onfroi, fondateur de l'abbaye, tout ce qu'il avait à Préaux, excepté ce qu'il réservait pour la fondation du monastère des moniales, tout ce qu'il avait à Tourville, Selles, Campigny et au Bosc-Aubé ; de ses fils Roger et Robert, la dîme des tonlieux, cens, moulins et de tout ce qui peut être dîmé à Pont-Audemer ; toutes les églises du lieu, tout ce qu'ils possédaient à Épaignes, sauf les chevaliers parmi lesquels ensuite ils concédèrent Hugues d'Avennes, Goscelin et Goscelin le Roux, l'église et la terre en dépendant, la dîme du moulin, un hôte et la terre du Mont-les-Mares. Du comte Robert [le Magnifique], l'année de son départ pour Jérusalem, Toutainville, selon la teneur de la charte de l'abbaye. De Saffroi, chevalier, six acres de terre ; du don de ses frères Gilbert et Turstin, quatorze acres de terre. Du comte Guillaume [le Conquérant], les églises de Bouleville et de Vienne[-en-Bessin] avec la terre en dépendant. De l'archevêque [de Rouen] Jean, fils du comte Raoul, la terre de Saint-Benoît[-des-Ombres] dans la forêt du Vièvre, avec toutes ses coutumes sauf le sanglier et l'épervier. De Roger de Beaumont, tout ce qu'il avait à Manneville en bois et eaux. De Renouf, vicomte de Bayeux, un hôte et un bateau dans son port appelé [Sainte-Honorine-des-] Pertes. D'Auvray, un laïc, ce qu'il possédait à Bonneville[-sur-Touques], champs et salines, avec l'accord de Guillaume Fitz-Osberne, duquel il tenait ce bénéfice. De Béatrice, sœur de Gotmond le Roux, toute la terre d'un hôte à Grangues. Du marquis Guillaume [le Conquérant], les coutumes qu'il possédait à Vascoeuil : le viol des maisons, la mise hors la loi, le rapt, l'incendie, le bernage, la guerre privée. De Renouf, chevalier de Warenne, avec l'accord de son épouse Béatrice, ce qu'il possédait de terre à Vascoeuil en bois, terre arable et eaux. De Thibaut de Vascoeuil, fils de Norman, sa part de l'église Saint-Laurian avec la terre en dépendant, les dîmes de ses chevaliers, selon la teneur de sa charte. De Gilbert, fils de Thibaut, l'église Saint-Martial [de Vascoeuil] avec la terre en dépendant. De Roger de Ry, une terre, sa dîme et un homme nommé Hugues qu'il a donné en plus ; la forêt d'Hugues que ce dernier a donné à l'abbaye. De Guillaume Fitz-Osberne et de Roger, fils de Roger de Montgomméry, la terre du Mouchel située sur l'Andelle. De Geoffroy et de Raoul Dastin, le Ménil-Da. De Richard de La Mare, la terre d'un vavasseur, appelé Geoffroy le Fort, à Graimbouville, la dîme d'un marché et la terre d'un clerc. De [Roger du] Mont-les-Mares (Mainotmere), deux hôtes et toute leur terre : quarante acres à Vannecrocq. De Roger de Beaumont, la dîme d'un gourd à Beaumont. Du marquis Guillaume [le Conquérant], à la demande et avec l'accord d'Hugues de Montfort, l'exemption pour l'ensemble des terres de Saint-Pierre de Rouville de toutes redevances, de tous services et cens. De Roger de Beaumont, avec le consentement de ses fils Robert et Henri, l'église de Combon, l'église de Sainte-Opportune avec terres et dîmes en dépendant et deux manses de terre avec tout ce que le prêtre Onfroi y avait tenu du don de Roger. Du même, avec l'accord de son fils le comte Robert, selon la teneur de sa charte, tout ce qu'il possédait à Salerne en terres, bois, moulins, hommes et coutumes, excepté ce qu'il avait concédé à Saint-Léger. De Robert [III], comte de Meulan, toutes les franchises et la banlieue ; l'église et la dîme de tout le village de Bosgouet avec trente acres de terre, du consentement de Robert [Courteheuse], duc de Normandie. De Roger de Beaumont

et de ses fils, avec l'accord du roi Guillaume [le Conquérant], fils du marquis Robert, cinq hides de terre à Arlscott, les dîmes de Moreton, Norton, Witchurch et Hardbury. Du roi Guillaume [le Conquérant], la terre d'Alfelinus et de Volvric de Watlington, cinq hides de terre à Aston[-Tirrold], l'église et les sépultures, en échange du domaine de Saint-Clair[-de-Basseneville] qu'il avait reçu de l'abbaye avant de le donner à son frère, le comte de Mortain Robert. D'Arnoul de [Vieil-]Hesdin, avec l'accord du roi Guillaume, l'église de Newbury et la dîme de tout ce qui entre ou sort de la ville, la dîme des moulins, des tonlieux et de tout ce qui peut être dîmé ; une hide de terre et la demeure du prêtre, libre de tous cens, coutume et service. D'Hugues, fils de Guillaume, vicomte de Dive, la terre d'Engelbert à Rouville, la dîme de ses hommes à Varaville. D'Anquetil, fils de Saffroi de Campigny, toute la terre d'un hôte nommé Jean du Buisson à Tourville. D'un archer de Roger de Beaumont, le bénéfice qu'il tenait au Mesnil-Isembert. D'Hersende, femme de Ribald d'Omonville, et de Robert son fils, la dîme qu'ils possédaient à Martainville, tant celle pesant sur leur domaine que sur ceux de leurs hommes, soit deux tiers. Richard de Lisors a fait de même pour la terre qu'il a reçue avec la fille de Ribald. D'Arnoul Pinel, du consentement de son seigneur l'évêque d'Avranches Turgise, la terre qu'il possédait au Moussel. De Robert [III], comte de Meulan, l'église et la dîme de Charlton[-Marshall] et le manoir de Toft [Monks] avec ses dépendances, libres de toute coutume, comme le roi Guillaume [le Conquérant] les a tenus. Du même, avec l'accord du roi Henri [Ier], le manoir de Spettisbury, libre de toute coutume. Du roi Henri [Ier], une foire de trois jours à Bosgouet, libre comme celles qu'il possède ; la libre possession de tous les biens dont les moines ont pu prouver la propriété et l'exemption, à l'instar des biens des abbayes de Fécamp, de [Saint-Étienne de] Caen et des autres abbayes de son domaine, de tous tonlieux, coutumes, péages. D'Henri [Ier], comte de Warwick, le domaine de Warmington, libre de toute coutume, comme lui-même le possédait, excepté les dépendances de ce manoir. De Roger de L'Éprevier et de son père, avec l'accord du roi Henri [II], la terre qu'ils ont donnée aux moines à Étreville. De Galeran [II], comte de Meulan, du consentement de son fils Robert, de son épouse Agnès et du roi Henri [II], la dixième semaine des revenus de Pont-Audemer, libre, comme le comte possède les neuf autres. De Robert[IV], comte de Meulan, pour l'âme du roi Henri [le Jeune], deux charrettes et un cheval et deux hommes de la coutume du forestier pour suivre les gloiers du comte, selon la teneur de la charte du comte ; une manse de terre pour loger le sergent des moines qui sera quitte de ce qu'il achètera pour manger et boire et aura la coutume du mort-bois ; la dixième semaine de la pêche de la Risle, libre comme le comte possède les neuf autres et l'exemption de toute taille sur les terres que les moines tiennent de lui et du don de ses ancêtres ainsi que les libertés et franchises que le comte et ses ancêtres leur ont concédées.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cisterciensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1027 (extrait).
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCLXXV, t. 2, p. 290-293.
- c. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, B72, p. 297-302.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, p. 119, n° 354.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir ROUET, Cartulaire de Saint-Pierre-de-Préaux, n° B72, p. 299.

Salernia : Saint-Cyr-de-Salerno et Saint-Pierre-de-Salerno. Sanctus Clerus : Saint-Clair-de-Basseneville, commune intégrée dans celle de Goustranville en 1827.

Texte établi d'après c

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus baillivis et fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbacie Sancti Petri de Pratellis et monachis ibidem Deo servientibus omnes subscriptas rationabiles donationes sibi factas et cartis donatorum confirmatas : ex dono Hunfridi, constructoris ipsius abbacie Pratelli, quicquid habebat in predicta villa Pratelli, excepta parte illa quam reservabat alteri abbacie quam proponebat conversationi sanctimonialium construere ; item ex dono ejusdem id quod habebat in dominio suo apud Turvillam et in Sellis et in Campiniaco et in Bosco Osberni ; ex dono Rogeri et Roberti, filiorum predicti Hunfridi, decimam Pontis Audomari de theloneo, de censu, de molendinis et de omni re que decimari potest et omnes ecclesias ejusdem ville et quicquid in Hispania in dominio suo habebant, exceptis militibus ex quibus postea subscriptos concesserunt videlicet Goscelinum et Hugo de Avesna et Goscelinum Ruffum ; preter hec ecclesiam cum terra ad illam pertinente et decimam molendini ejusdem ville et unum hospitem et terram Magni Maris ; ex dono Roberti comitis, anno quo perrexit Jerusalem, Turstinivillam ex suo dominio, secundum quod in carta predictae abbacie continetur ; ex dono Saffridi, militis, sex agros terre ; ex dono Gisleberti et Turstini, duorum fratrum ipsius, XIII agros terre ; ex dono Willelmi, comitis, ecclesias de Bolevilla et de Viana cum terra ad eas pertinente ; ex dono Johannis, archiepiscopi, filii Radulfi comitis, terram de Sancto Benedicto in foresta de Guevra com omni consuetudine, preter aprum et accipitrem ; ex dono Rogeri de Bello Monte, quicquid habebat in Machivilla in silvis et in aquis ; ex dono Rannulfi, vicecomitis Bajocensis, unum hospitem plenarium et unam navem in suo portu qui Portis dicitur ; ex dono Alveredi, cujusdam laici, id quod habebat in Bona Villa in campis et salinis, concedente Willelmo filio Osberni, de quo illud beneficium erat ; ex dono Beatricis, sororis Gosmundi Ruffi, terram unius hospitis plenarii in Gerengiis ; ex dono Willelmi martionis, consuetudines quas habebat in terra Wascolii, scilicet hanfaram, uthlach, rapt, incendium, bernagium, bellum ; ex dono cujusdam militis de Warena, Rannulfi nomine, concessu Beatricis, conjugis sue, quicquid habebat in terra Wascolii in bosco et plano et aquis ; ex dono Teobaldi de Wascolio, filii Normanni, partem quam habebat in ecclesia Sancti Lauriani com terra ad eam pertinente et decimas militum suorum, secundum quod in carta quam inde habent continetur ; ex dono Gilleberti, filii predicti Theobaldi, ecclesiam Sancti Marcelli cum terra ad eam pertinente que sui patrimonii erat ; ex dono Rogerii de Rim, terram et decimam quamdam com uno homine, Hugonis nomine, quem dedit in additamentum predictae ecclesie, et com silva ipsius Hugonis quam ipse Hugo postea dedit memorate ecclesie Sancti Petri ; ex dono Willelmi filii Osberni et Rogerii filii Rogerii de Monte Gomerio, terram de Monticulo super fluvium Andele ; ex dono Godefridi et Radulfi, filii Dastinni, Mainnillum Dastinni ; ex dono Ricardi de Morei, terram unius vavasoris nomine Gaufridi Fortis in Grimboldivilla et decimam unius fori et terram cujusdam clerici ; ex dono illius de Mainotmere, duos plenos hospites, terram scilicet XL agrorum in villa Wanescroti ; ex dono Rogerii de Bello Monte, decimam unius gort de Bello Monte ; ex dono Willelmi marchionis, impetrante et concedente Hugone de Monte forti, libertatem omni terre Sancti Petri Rotoville omnium tributorum, servitiorum, censuum ; ex dono Rogerii de Bello Monte, concessione Roberti et Henrici, filiorum suorum, ecclesiam de Cumbun et ecclesiam de Sancta Oportuna cum terris et decimis ad eas pertinentibus et cum duabus masuris terre et cum omni eo quod Hunfridus presbiter, ex dono ipsius Rogeri, ibi possidebat ; ex dono ejusdem Rogeri, secundum tenorem carte ipsius, quicquid habebat in Salernia in terris et silvis et molendinis et hominibus et omnibus consuetudinibus, concessione Roberti, comitis Mellenti, filii sui, exceptis his que Sancto Leodegario dederat ; ex dono ipsius Roberti, comitis Mellenti, omnes libertates quas cum banleuvia et utlach et hanfara et incendio dedit predictae abbacie Pratelli et monachis, secundum quod in carta quam inde habent determinatum est ; ex dono ejusdem Roberti, comitis Mellenti, ecclesiam et decimam tocius ville que dicitur Boscus Goieth cum XXXta agris terre concessu Roberti, principis Normannie ; item ex dono Rogerii de Bello Monte et filiorum ejus, concessu regis Willelmi, filii Roberti marchionis, quinque hidas terre in villa de Orlaveschota et decimas de Moritona et de Nortona et de Withchericha et de Herborbiria ; ex dono predicti Willelmi regis, terram Alfelini et Wulverici de Watintona, quinque hidas terre in Estona cum ecclesia et sepultura tocius ville pro villa de Sancto Clero quam acceperat de abbacia Sancti Petri et dederat Roberto, comiti Moritonii, fratri suo ; ex dono Arnulfi de Hesdinch, ecclesiam de Neweberi et decimam tocius redditus vel exitus ville de molendinis, de theloneo et de omni re que decimari potest et unam hidam terre et domum presbiteri liberam ab omni censu et consuetudine et servitio, concedente rege Willelmo ; ex dono Hugonis filii Willelmi, vicecomitis Dive, terram Ingelberti in Rodovilla et decimam hominum suorum de Warinvilla ; ex dono Anshetilli, filii Saffridi Campiniaci, terram unius hospitis plenarii, nomine Johannis del Buissun, in Turvilla ; ex dono cujusdam balistari Rogerii de Bello Monte, beneficium quod tenebat de eodem Rogero in Mainnillo Ysembardi ; ex dono Hersendis, uxoris Ribaldi de Osmundivilla et Roberti, filii sui, decimam quam habebant in Martinivilla tam de suo dominio quam hominibus suis, scilicet duas garbas. Idem fecit Ricardus de Luisores de terra quam habebat pro filia prefati Ribaldi ; ex dono Arnulfi Pinel, terram quam habebat apud Malmuncel,

annuente domino suo Turgiso, episcopo Abrincensi ; ex dono supradicti Roberti, comitis Mellenti, ecclesiam et decimam de Cherlontona et manerium de Tostes cum pertinentiis suis habendum et tenendum libere com omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut rex Willelmus et ipse comes illud melius et liberius tenuerunt ; item ex dono ejusdem comitis, rege Henrico annuente et confirmante, manerium de Postesberi ita libere sicut predictum tenendum ; ex dono ipsius regis Henrici, feiriam trium dierum in villa Bosci Giet, ita libere sicut ipse rex suas habebat ; item ex dono et concessione ipsius regis Henrici, quod predicti monachi de Pratellis habeant et teneant omnia sua bene et in pace et libere et honorifice, sicut melius tenuerunt tempore patris sui, et quod omnes dominice res eorumdem monachorum quas poterunt monstrare esse suas sint quiete de omni theloneo et consuetudine et passagio, sicut res monachorum de Fiscanno et de Cadomo et de aliis abbatii de dominio suo ; ex dono Henrici, comitis de Warewich, villam de Warmintona liberam com omnibus consuetudinibus suis, sicut eam in dominio suo habebat, exceptis birvitis que appendebant illi manerio ; ex dono Rogeri del Espervier, concessione mea et ex dono patris sui, terram quam dederunt eis in Esturvilla ; ex dono Gualeranni, comitis Mellenti, concessione Roberti, filii sui, et Agnetis, uxoris sue, et assensu meo, decimam septimanam tocius redditus Pontis Audomari liberam et quietam, sicut idem comes novem septimanas habebat ; ex dono Roberti, comitis Mellenti, pro anima H(enrici) regis, filii mei, duas quadrigas in Brotona ad consuetudinem forestariorum et unam quadrigam com uno equo et duobus hominibus ad consuetudinem forestarii et ad sequendum gloarios suos per eandem forestam, secundum quod in carta ejus continetur ; item ex dono ejusdem comitis, unam mansuram in loco convenienti ad servientem illorum hospitandum qui erit quietus de eo quod emerit ad comedendum et bibendum et habebit liberam consuetudinem mortui bosci ; item ex dono ejusdem, decimam septimanam piscature Rille ita liberam et quietam habendam, sicut ipse novem alias habet, et quietantiam ab omni taillia quam jamdictus comes de Mellent eis dedit de omni terra sua quam ipsi de eo et de antecessoribus suis tenent et omnes alias quietantias et libertates quas idem comes et antecessores sui predictae ecclesie et monachis concesserunt, sicut carta ipsius comitis de Mellent quam inde habent testatur.

Quare volo et firmiter precipio quod supradicta abbatia Sancti Petri de Pratellis et monachi in ea Deo servientes omnia predicta habeant et teneant in libera et perpetua elemosina bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in ecclesiis et decimis et redditibus et terris, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in vivariis et stagnis et piscariis et turbariis et mariscis, in viis et semitis et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad ea pertinentibus com omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum testantur. Testibus : Waltero, Rothomagensi archiepiscopo ; H(ugone) Dunelmensi et H(enrico) Bajocensi, episcopis ; H(ugone), Covintrensi electo ; Roberto, filio Willelmi, archidiacono de Notingeham ; Johanne de Constanciis, archidiacono Oxenefordie ; comite Willelmo de Mannevilla ; Willelmo, comite de Saresberia ; Willelmo de Humetis, constabulario ; Willelmo, filio Radulfi, seneschallo Normannie ; Willelmo de Mara ; Alveredo de Sancto Martino ; Gilleberto, filio Reinfredi. Apud Cadomum.